



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 76. Henrici Cucquii extrema.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

rum: celebrantur quoque ipsius *notæ & Sæc. XVII.*  
*castigationes in Eusebii Chronica, necnon A. C. 1609.*  
 ejus diatribe de arte critica, *Elenchus Tri-*  
*hæresii Nicolai Serrarii, ac ipsius Thesau-*  
*rus Temporum:* præter ejusdem castiga-  
 tiones in Catullum, Tibullum & Pro-  
 pertium. Descripsit ipse met vitam Ju-  
 lii Cæsaris Scaligeri Parentis sui, qui,  
 Perronio Cardinale judice, filium in-  
 genio, non industria, Filius vero Pa-  
 trem industria, non ingenii acie supera-  
 verat: Parentabat quoque Scaliger no-  
 ster carmine funebri, gloriosi laboris so-  
 cio Justo Lipsio: deperiit non sine ma-  
 gno rei literariæ damno elegans ipsius  
*Thesaurus Arabismi*, suos vero manu scri-  
 ptos Codices Arabicos, Græcos, He-  
 braicos, Chaldaicos, Syriacos, Æthio-  
 picos, Persicos & Armeniacos Scali-  
 ger Bibliothecæ Lugduno-Batavæ le-  
 gaverat.

### §. LXXVI.

#### *Henrici Cucquii extrema.*

Die vigesima sexta Septembris Rure- *Miræ.*  
 mundiæ decepsit Henricus Cucquius *Script. Sæc.*  
*XVII*  
*Calenburgii in Geldria natus, qui a Valer. And.*  
*Georgio Marcopedio Ultrajecti liberali- Bibl. Belg.*  
*bis disciplinis imbutus, LovaniÆ primo Gallia Christ.*  
*in Philosophia, & novem post annis in t. I. p. 836.*  
*Theologia Doctoratus Lauream eme-*  
*Ff 2 ruit,*

Sæc. XVII. ruit, ac publice Ethicam, & Theolo-  
A. C. 1609. giam in Canoniis ad S. Martinum & Ger-

trudem per octodecim ferme annos cum  
*Baron. in  
not. ad Mar-  
tyrol. Dupin.  
Bibl. des  
Auth. Eccl.*  
summo applausu tradidit. Demum va-  
riis dignitatibus Ecclesiasticis ornatus  
tandem Ruremundanus Antistes crea-  
tus est, quo munere indefesso tuende  
Religionis studio per plures annos fun-  
ctus est. Scripsit stylo non minus ele-  
ganti quam efficaci octo orationes Pane-  
gyricas de Romana vera Ecclesia, de ha-  
reticorum ortu atque interitu, de vitandis  
& proscribendis perniciofis hæreticorum li-  
bris, contra Politicos, de vetusto rasuræ  
Clericalis more, de Canonicorum officio,  
de interdicto plurium Beneficiorum: necnon  
quæstionem quodlibeticam de anno Jubilæo.  
Speculum concubinariorum, Paræneticas  
ad Clerum Ruremündensem, & ad Henr-  
icum Boxhorink: conciones XX. de Sacrificio  
Missæ novi Testamenti: cum vero Mau-  
ritium Nassoviæ Comitem ad fidem Ca-  
tholicam reducere toto studio adlabo-  
raret, duas ad eum dedit paræneticas:  
sicut & ad Neostadienses, a quibus in  
itinere suo Romano male habitus fue-  
rat. Edidit etiam quosdam tractatus  
de moderatione Cleri, de renovando pristino  
usu rasuræ Clericalis, de Testamentarii  
tabulis Ecclesiasticorum, & anno gratia  
abolendo, præter librum contra Concubi-  
niorum Pastorum tolerantiam. Denique  
recep-

recensuit Divi Bernardi libros IV. *de con-* Sæc. XVII.  
*sideratione*, & Cassiani opera censoriis A.C. 1609.  
notis illustravit. Alia plura Latine &  
Belgice scripsit. Eodem anno de-  
cessit Joannes Bordinus patria Romanus,  
Avenionensis Episcopus, qui author ex-  
titit operis insignis de vitis Romano-  
rum Pontificum præter gesta Sixti V.  
& epitomen Annalium Baronii.

### §. LXXVII.

#### *Scriptores e Societate hoc anno defuncti.*

Inter Societatis Scriptores, qui hoc *Alegambe*  
anno satis cessere, primum sibi locum *Script. Soc.*  
vendicat Nicolaus Serrarius, qui anno *Dupin. Bibl.*  
*des Auth.* Domini millesimo quingentesimo quin- *Sieci. XVII.*  
quagesimo octavo Rambervillæ in Lo-  
tharingia natus, per omnes fere huma-  
narum divinarumque facultatum gra-  
dus mira felicitate paulatim docendo  
ascendit. Obiit Moguntiæ die vigesima  
Maji anno ætatis suæ quinquagesimo  
quarto: Edidit varia opuscula Historica,  
Dialectica & Polemica in tres tomos  
collecta, ac Moguntinis liberis excusa  
præter varios commentarios in Sacræ  
Paginæ libros. Alter est Fridericus *Miræus*  
Bartsius Brausbergensis, qui contra *Bibl. Script.*  
Andream Volenum, cum hic Lithua- *Sæc. XVII.*  
nos ad Zwinglii errores olim ejuratos

Ff 3 revo-